

2148. DE DUPLICI VIA PHILOSOPHANDI

Vorläufige Datierung: Oktober 1692 bis Ende 1692

Überlieferung:

- L* Konzept: LH IV, 3, 2 Bl. 13–14. 1 Bog. 4°. 3 S.
- 5 *E*¹ M. V. PREDAVAL MAGRINI, *Motivi anticartesiani in un inedito di Leibniz dedicato a Fardella*, in *La storia della filosofia come sapere critico. Studi offerti a Mario dal Pra*, hrsg. v. N. Badaloni u. a., Mailand 1984, S. 351–353.
- E*² ST. LUCKSCHEITER, *Seele und Fürst bei Leibniz*, Hannover 2013, S. I–V.

bearbeitet von Gerhard Biller

- 10 [Anhaltspunkte zur Datierung:] Mit unserem Stück reagiert Leibniz auf Michel Angelo Fardellas wohl im Jahre 1688 publizierte Schrift *Philosophicae ac geometricae assertiones ex utroque Prodomo selectae*, die ihm Fardella zusammen mit weiteren Schriften am 25. September 1692 mit II, 2 N. 173 zukommen ließ. Unser Stück zeugt von der kritischen Auseinandersetzung mit Fardellas Text, die Leibniz nach den vorhandenen
- 15 Zeugnissen Fardella wohl nicht mitgeteilt hat, zumal die Thesen aus einer Zeit stammen, »cum nondum novam ex meis lucem hausisset«, also vor der persönlichen Begegnung der beiden Februar bis März 1690 in Venedig und der sich daran anschließenden, intensiven Korrespondenz; vgl. auch VI, N. 329. Unser Stück ist somit nicht vor Oktober 1692 verfaßt worden und wohl bald nach Erhalt des Buches.

[Thematische Stichworte:] *methodus*; *via synthetica*; *via analytica*; *veritas facti*; *veritas rationis*

[Einleitung:] —

- 20 Duplex¹ philosophandi et veritatem inquirendi via est, una abstrusior et sublimior, a primis veritatibus ad derivatas progrediendo; altera faciliior et popularior, a veritatibus cognitivis ascendendo ad causas seu rationes, atque ita perveniendo ad veritates primas, ut harum ope deinde partim stabiliantur cognitivae, partim detegantur adhuc ignoratae; prior via Synthetica, posterior Analytica est, et magis usui hominum accommodata.

- 25 ¹ *Am Rande*: Haec ut in chartam conjicerem occasionem dedere theses breves Fardellianae, tunc editae ab ipso, cum nondum novam ex meis lucem hausisset.

20 una (*I*) ⟨imo⟩ (2) abstrusior *L* 21 f. popularior (*I*) inquirendo in veritatum admissarum (2) a ... seu *L* 22 ita (*I*) ad veritates primas ascendendo (2) perveniendo ... primas *L* 23 stabiliantur (*I*) admissae | (2) cognitivae *erg.* | *L* 24 est *erg.* *L* 24 et ... accommodata *erg.* *L*

25 f. theses breves Fardellianae: M. A. FARDELLA, *Philosophicae ac geometricae assertiones ex utroque Prodomo selectae quae per Antonium Ruzini Patricium Venetum ad literarii certaminis trutinam revocantur a Michaele Angelo Fardella Siculo Tertii Ordinis S. Francisci Sac. Theol. Magistro*, o. O. o. J. [Venedig 1688] (HANNOVER, *Leibniz-Bibl.*, CIM 1/25).

Itaque initium philosophandi (faciliore scilicet via) est inquirere in rationes veritatum, idque vice dubitationis adhibeo tanquam aequius modestiusque nec minus sufficiens; neque enim alius dubitationis finis esse potest, quam ut probationes quaerantur.

Veritates quarum probationes quaerendae sunt, vel facti sunt vel rationis. Veritates facti sunt quaecunque observatione et experientia innotescunt, tam circa sensibilia scilicet externa, quam circa sensus interni objecta. Quaerendum ergo quomodo probetur quae extra nos sentimus realia esse, corporaque adeo existere et habere qualitates illas sensibiles, quae ipsis attribuuntur. Ubi sane reperiemus rationem nobis Criteria quaedam suppeditare, quibus realia ab apparentibus distinguantur.

Sola autem sensus interni experimenta indubitata sunt, et probationem nec requirunt nec admittunt; quibus nempe nihil aliud continetur, quam nos varia percipere. Unde consequens est et nos esse, et causam aliquam esse varietatis perceptionum in nobis. Hinc patet facilius nobis innotescere certitudinem existentiae Mentis quam corporum et nostri quam externorum.

Veritates rationis, quas criterium etiam pro veritatibus facti praebere diximus, aut sunt primitivae, aut derivativae. Primitivae sunt identicae, quae probationem rursus nec requirunt nec admittunt. Derivativae sunt, in quibus connexio praedicati cum subjecto non apparet immediate, sed medio interposito est ostendenda. Quod fit argumentis vel demonstrativis, vel sola verisimilitudine nixis.

Nihil est in intellectu quod non fuerit in sensu, nisi ipse intellectus ejusque praedicata.

Ex sola posita possibilitate Dei, necessario sequitur ejus existentia actualis. Et ita Dei solius existentia demonstrari potest a priori; ut contra existentia mentis prima est existentiarum quae noscuntur a posteriori seu per observationem.

1 Itaque (1) Analy (2) facillima (3) ini (4) initium L 1 (faciliore scilicet via) erg. L
 1 f. veritatum (1) quae admitti solent (2) idque L 2 idque (1) melius (2) vice L 2 dubitationis (1)
 tanquam aequius modestiusque propono. (a) Cum idem nobis praestat (b) Cum est (2) adhibeo ... modestiusque (a) non (b) nec L 3 quaerantur. (1) Inquirendum est prae (2) Veritates L 4 quarum (1)
 rationes probationibus (2) probationes L 5 innotescunt, (1) nobis tam sensibilia (2) tam circa
 sensibilia L 6 probetur (1) corpora quae (2) quae extra nos L 7 esse (1) et qualitatibus praedita (2)
 corporaque L 7 qualitates (1) quas (2) sensibiles, quae illis (3) illas ... ipsis L 8 attribuuntur. (1)
 Cum vero (2) Ubi L 9 distinguantur. (1) Veritates (2) Ex omnibus autem (a) (s) (b) experimentis sola
 (4) Sola L 10 autem (1) experime (2) sensus L 10 sunt, (1) cum nil (2) et L 11 f. est (1) nos
 esse, et causam (2) et ... aliquam L 12 f. Hinc ... innotescere (1) veritatem Mentis quam corporum
 existentiam (2) certitudinem ... externorum. erg. L 15 primitivae, (1) nempe identicae, quae proba-
 tionem (a) nec (b) rursus admittunt; aut sunt derivativae, (2) aut ... Derivativae sunt L 16 f. apparet (1)
 manifeste sed (a) dem (b) argume (c) medio aliquo in (2) immediate L 19 ejusque (1) attributa et (2)
 (operati) (3) praedicata L 20 sola (1) cognita (2) posita L 20 necessario erg. L 20–22 Et ...
 observationem erg. L

In corpore praeter extensionem, id est continuam simultaneam ejusdem naturae diffusionem, agnoscendum est, quid nam sit illud quod diffundatur. Id autem consistit in passivo seu materiali, nempe resistentia, quae in corpore omni est eadem, proportione extensionis; et in activo seu formali, nempe entelechia, quae facit ut in omni corpore sit vis agendi seu nisus, tam primitivus et perseverans, quam secundarius ex variis corporum concursibus resultans.

Adaequati conceptus tum demum a nobis habentur, cum Possibilitas eorum a priori demonstrari potest ac tum demum tuto pronuntiari potest quae conjungi possint vel non possint. Itaque frustra quidam ex ideis suis inferre volunt corporis naturam in extensione existere, aliaque id genus.

Cum lucem, colorem, calorem, etc. corporibus tribuimus, intelligimus non sensuum nostrorum prototypa, sed fundamenta, quibus cum sensorio combinatis oriuntur motus, quorum demum repraesentationes in anima constituunt sensum.

Parvi usus est praeceptum, ut res clare distincteque nosse conemur, nisi clarae distinctaeque notitiae criteria dentur.

Hujus criterii defectus facit, ut saepe sciamus quae nos putamus ignorare, et ignoremus quae nos putamus scire.

Criterium consistit in eo ut eae demum ideae habeantur pro realibus quarum possibilitas potest demonstrari. Eae demum propositiones pro certis et absolute demonstratis, quae reductae sunt ad indemonstrabiles; quales quae sint jam est explicatum.

Nempe quicquid in ideis declarationem, in veritatibus probationem admittit, illud eandem requirit; etsi non ubique nec semper; jure enim aliquando ad instar axiomatis aut postulati, vel etiam hypothesis assumitur veritas quae probationem recipit, nempe quando magis de conclusionibus utilibus inveniendis, quam principiis constituendis solliciti sumus. Unde ipsi Geometrae Axiomata assumsere.

Ad perfectionem cognitionis nostrae ideae quae possunt (id est aliquid obscuri habentes) debent declarari; veritates quae possunt (id est aliquid dubitabilis habentes) debent probari.

1 continuam (1) ejusdem (2) simultaneam ejusdem naturae L 2 autem (1) est resistentia (2) consistit L 5 primitivus (1), quam varie limitatus (2) et perseverans L 6 a priori erg. L 11 cum |nostro gestr. | sensorio L 11 f. quorum (1) representatio in mente (2) demum ... anima L 15 ut (1) neque (2) saepe L 18 certis et absolute erg. L 20-S. 214803.4 Nempe ... probatio a erg. L 20 in ideis (1) explicationem | (2) declarationem erg. |, in veritatibus erg. L 21 postulati, (1) sumitur (2) vel L 22 assumitur (1) ne nimis (-) per (2) veritas (a) etiam (b) quae ... nempe L 22 f. magis (1) de usu quam de analysi perfecta agitur (2) ad usum quam analysin perfectam agitur (3) respicitur de colligendis inde | conclusionibus *versehentlich nicht gestr.* | (4) id quaeritur | ut *versehentlich nicht gestr.* | <possem> (5) de conclusionibus L 24 assumsere. (1) Ideaе obscurae debent declarari, veritates quae possunt | (id est aliquid dubitabilis habentes) erg. | debent probari (2) Ad L

Declaratio est reductio idearum usque ad claras, seu primitivas secundum nos. Probatio est reductio veritatum ad certas seu primitivas secundum nos.

Sed aliud est declaratio ab explicatione idearum in primitivas secundum se, seu in prima possibilis; et aliud est probatio a [*bricht ab*]

Veritates necessariae non indigent ad demonstrandum supposita veracitate Dei, sed veritates contingentes indigent ad existendum sapientia et potentia Dei. 5

Ratione mentis nobis competit cogitatio activa seu intellectus cum voluntate, ratione corporis extensio resistens seu potestas agendi et patiendi variata, ratione unionis harmonia inter actiones animae, et passiones corporis. Respondetque extensio intellectui, resistentia voluntati. 10

Ex qualitatibus sensibilibus nihil aliud est reale quam vis et resistentia, seu τὸ δυναμικόν. Caetera imaginationi vel opinioni seu τῷ νόμῳ, debentur.

Praeter materiam admittenda est Entelechia quae in omni corpore organico est animae analoga.

Motus quantitas in mundo non est determinata, sed quantitas virium absolutarum, et 15 quantitas actionum per se sumtarum.

Spatium non est corpus sed nec substantia sed ordo possibilium coexistentiarum, ut tempus, est ordo possibilium mutationum.

Postquam semel principia physicae constituta sunt vel ex metaphysica a priori, vel ex observationibus a posteriori; conclusiones deinde ex principiis ducuntur auxiliante Mathesi. 20 Exempl[i] gr[atia] postquam natura virium ex metaphysicis probe explicata est, ostenditur deinde per mathesin centrum Gravitatis concurrentium progredi aequabiliter. Sic ubi per experientiam constitutum est, radios lucis agere in linea recta, colligitur illuminari puncta data objectorum in ratione duplicata reciproca distantiarum a radiante.

1 ad (1) pri (2) claras L 1 primitivas (1) quoad (2) secundum erg. | L 2 primitivas (1) quoad (2) secundum erg. | L 2 nos. (1) Explicatio est reductio idearum ad primitivas per se, seu (2) Sed L 3 est (1) per se ⟨-⟩ (2) declaratio L 3 explicatione (1) veritatu (2) idearum L 3 primitivas (1) absol (2) abso (3) secundum (a) se, et aliud probatio a (b) se L 4 aliud (1) est probatio quam reductio idearum ad (2) est L 6 ad (1) existentiam (2) existendum L 7-9 cogitatio (1) , ratione corporis resistentia, ratione unionis harmonia inter cogitationes (a) et (b) mentis et (2) activa seu (a) cum voluntate (b) intellectus cum voluntate, ratione corporis (aa) passivum (bb) resistentia passiva, extensio (aaa) passiva (bbb) resistens erg. | (aaaa) vis cum pa (bbbb) seu ... patiendi | variata erg. | ratione ... corporis. L 9f. Respondetque ... voluntati erg. L 11 sensibilibus (1) solae illae reales, (2) nihil L 11 aliud | aliud *streicht Hrsg.* | est L 11 vis (1) agendi (2) et L 11 seu τὸ δυναμικόν erg. L 12 vel opinioni erg. L 12f. debentur. (1) Extra | (2) Praeter erg. | L 17 corpus (1) sed quidem (2) nec substantia sed L 18 est ordo erg. L 18 mutationum (1) ⟨il⟩ (2) illuminat (3) Omnia in natura (4) Postquam L 19 sunt (1) ex metaphysica, conclusiones vel (2) vel ex metaphysica L 21 natura (1) potent (2) virium L 21 ex (1) mathesi probe expl (2) metaphysicis L